



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

CXI. Das Kloster Diesdorf bekundet, das bei ihm Henning Helmerkes und dessen Frau für sich, so wie Mechtild und Margarethe für Johann von Dannenberg mit Hebungen aus Döhre Gedächtnißfeiern gestiftet ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

filiginis pro viginti quinque marcis luneburgenſium denariorum in parato nobis plenarie perſolutis In villa noſtra Danckentzem In curia vnius dicti Hynrici Sygen percipiendum euo tempore iugiter in quolibet feſto Mychahelis et habendum, necnon ad refectionem noſtrarum omnium dominarum, eo tempore, quo competens videbitur diſtribuendum. Sin autem Si prefata curia, quod deus auertat, fuerit defolata, extunc Jam dictus dimidius chorus filiginis ex proprio noſtro granario tempore preſcripto Induſie preſentetur antenominatis dominabus noſtris reficiendis. Vt autem pretaxata rata permaneant et inconuulſa, preſens hec littera noſtri Conuentus Sigillis eſt roborata. Datum et actum Sub annis Domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. quinquageſimo Quarto, Ipſo die Lucie virginis glorioſe.

CXI. Daß Kloſter Dieſdorf bekundet, daß bei ihm Henning Helmerkes und deſſen Frau für ſich, ſo wie Mechtild und Margarethe für Johann von Dannenberg mit Gebungen aus Döhre Gedächnißfeiern geſtiftet haben (1354?)

Nos Johannes de Obernhuſen prepoſitus, Elyzabet Prioriſſa Totuſque Conuentus in Dyſtorpe vniuerſis chriſtifiſidelibus recognoſcimus per preſentes, Quod Hennignus Helmerkes, Elyzabet vxor ſua ademerunt Officio omnium animarum vnum Chorum filiginis, qui dicitur wiſcheppel, pro Triginta marcis denariorum Luneborchenſium et ſeptem ſolidos in bonis ville Dore, Quo tamen Choro et denariis vti debeant propter beneficium emptionis temporibus ſue vite, vltimus ſuperuiuens in toto ſicut ambo; quibus deſunctis predictus Chorus et ſeptem ſolidi ad Officium antedictum cedere debent iugiter commanendo, et perpetua memoria a procuratrice iam dicti Officii celebrabitur in remedium ſuarum animarum annuatim. Etiam quedam Mechtildis et quedam Margareta ſepedicto offitio ademerunt dimidium Chorum filiginis cum quarto dimidio ſolido pro XV marcis denariorum in antedictis bonis ville dore, pro quibus beneficiis memoria domini Johannis de Dannenberghe fideliter peragetur. In cuius teſtimonium preſentem litteram Sigillo prepoſiture ac Conuentus fecimus communiri.

CXII. Daß Kloſter Dieſdorf bekundet, daß Margarethe Martin ſich bei ihm mit einer Gebung aus Döhre die Gedächnißfeier geſtiftet habe (1354?)

Nos Johannes de Obernhuſen prepoſitus, Elyzabeth prioriſſa Totuſque Couentus ſanctimonialium in Dyſtorpe in preſentibus proteſtamur, Quod margareta martini ſenior, ademit Offitio animarum ad elemoſinas Sextis feriis dandas dimidium chorum filiginis in villa Dore, in bonis, que Johannes et Hempo fratres dicti de knelbeke et eorum veri heredes noſtro